

Handwritten text on the spine: *Handlungen in der
Critica.*

Handwritten number on the spine: *1614*

Small white label on the spine with the number *3*

Small white label on the spine with the number *171*



Rep. L. 5. 12.
Rep. B. IV. 5.

00 Krü

F 31

9

XIV. 6.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26



27

CASTRUM DOLORIS
DIVERSIS EPICEDIIS

adornatum,

D. ANDREÆ
WIGANDO

erectum.



Mors peccatorum pessima.
Psalm. 33. 22,

EPICEDIA

Beatis manibus

VIRI

Plurimam Reverendi, Amplissimi atque Excellentissimi

DOMINI

ANDREÆ WIGANDI,

SS. Theol. Licentiati celeberrimi, & Consi-
storii Ducalis sacri Saxo-Ienensis Assessoris
longè spectatissimi

consecrata

à

Dominis Fautoribus atque Amicis.

JENÆ,

Typis & Sumptibus Joan-VVerther, Typogr. Saxo-Aulici. 1674.

*Laudatur peccator in desideriis anima sua & iniquus bene-
dicitur. Pſal. 9. 24.*

Emendatum ergo illum dimittam.

LUC. 23. 16.



EPICEDIA,
Inauspicatis Manibus immanibus
VIRI EFFÆMINATI, ET APOSTATÆ,
Minimè Reverendi, Amplissimi malitiæ gloria,
atque Excellentissimi potentia iniquitatis:
Domini putatitii, nominalis, non realis,
ANDREÆ WIGANDI,
SS. THEOLOG. LICENTIATI,
nimiùm Licentiosi,
In Cathedra pestilentiaë Assessoris,
Longè despectissimi,
nuper consecrata

à
Dominis Fautoribus, atq; Amicis

Heterodoxa, & mala fidei:

Nunc verò
Revisa, castigata, & emendata

à
MUSIS ET PHILOMUSIS
Parnassi Moguntini,

Exhibentur

DD. Fautoribus, & amicis, ortho-
xæ, & bonæ fidei,

incorrupti, & sani judicii.

Consensu & permissu superiorum

Anno Salutis Dominicæ.

1674.



MOGUNTIAE,

Apud **CHRISTOPHORUM KÜCHLERUM,** Typogr. Aulicum.

Epicedia.

WIGANDUS moriens Papæ, Christo inde revixit,
Sanctorum turbæ jam moribundus adest.

Non semper dubiis voluit jactarierundis,
Invenit portum, qui anchora tuta foret.

WIGANDUS moriens nunc est in morte beatus,
Ipsam solatur visio trina Dei.

Ernestus Fridericus Schröterus ICtus,
h. t. Acad. Rector & Facult. Jurid. Decan.

Cernite *Wigandum* placidè sua fata sequentem;
Christo quàm potius nil habet ille suo!
Scilicet hæc veræ fidei est constantia, & ille
Felix, qui Papæ damna salute luit.

In honorem beatè Defuncti apponeb.

Iohannes Mufæus, SS. Theol.
D. & PP.

FAllor? an, ut discas placidè concedere fati,
Papæ liquisti castra, **WIGANDE**, senex?
Ne purgans ignis, nec missæ sacra ferirent
Aures: Percepta hac arte beatus abis.
Jactet quisque suas omnes, queis eminent, artes,
Summa *Wigando* hæc est ars, bene posse *Mori*.

In honorem beatè defuncti scrib.

Frid. Bechmann, D. & P. P.

Pontificum griphos, & cæca ænigmata tandem
Adjutore Deo solvisti, grandia vincla
Rupisti cupidus. Tenoster *Sala* recepit,
Quò ejurasti totum animosâ mente *papatum*,
Et nostram **CHRISTI** solidam, illimemque professus
Doctrinam (quassatus quamvis ariete crebro)
Verè servasti; *pugnasti fortiter*. Ecce
Accipis in cælo nova *Niceteria* lætus.

ultimi officii c. scrib.

Iohan. Volk. Bechmann, D. & Antecessor.
Forti-

Emendatur SCHRÖTERUS.

1.

Accipe cautionem tuam, & sede citò, scribe: Luc. 16. 6.

WIGANDUS moriens Papæ, nunquam inde revixit:
A Christo, & Sanctis quàm procul ille manet?
Nam scmp̄er dubijs voluit jactarier undis,
Non reperit portum, qui anchora tuta foret.

Wigandus moriens non est in morte beatus,
Non hunc solatur visio trina Dei.

Tolle quod tuum est, & vade, Matth. 20. 14.

2.

Emendatur MUSÆUS.

Accipe literas tuas, & scribe: Luc. 16. 7.

Cernite Wigandum miserè sua fata sequentem:
Cernite quàm Christum, nil habet ille minus.
Scilicet hoc falsæ fidei est recordia; & ille
Felix, qui Papæ damna salute cavet.

3.

Emendatur FRID. BECHMANN.

Accipe cautionem tuam, & sede citò, scribe:

Fallor? an ut discas miserè concedere fati,
Liquisti Papæ castra, Wigande, senex:
Ne purgans ignis, ne Missæ sacra ferirent
Auriculas, Stygios hæc petis arte specus.
jacet quique suos omnes, quibus eminent, artes:
Summa, Wigande, tibi ars est, malè posse mori.

4.

Emendatur VOLCK. BECHMANN.

Accipe cautionem tuam, & sede citò, scribe:

Pontificum leges, & dia volumina Patrum
Pneumate non Sancto solvisti, grandia vincla
Perfide rupisti. Fugitivum Sala recepit,
Quo ejurasti amens reprobati more Papatum,
Et Christo adversam, conspurcatamque professus
Doctrinam (quassatus quamvis arjete nullo)
Verè mentiris: *Pugnavi fortiter.* Ecce
Pro meritis Orcus tibi Niceteria confert.

A 3

3. Emen-

6
Epicedia
Fortiter in terris pugnasti, fume coronam,
Quam tibi victori porrigit ipse Deus.
Fortiter in terris pugnasti, fortior ergò
Jam tuus in cœlis usque triumphus erit.

συμπάγων adjiciebat
Rudolphus Wilhelmus Krauß
Phil. & Med. D. Prof. Publ.

Vivere si mors est, & nil nisi corporis hujus
Jus Libitina tenet, si funere vita paratur,
Quis non exoptet cœlestis munera fati?
Mortis aperta via est, & funeris imminet hora.
ingraditor, (quid enim dubitas?) mens nescia flecti.
Non nisi morte datur, quodcunque expectat anhelos
& cupidos cœli, non vis, sed terminus hic est.
Vivere WIGANDUM generoso pectore nostrum
vidimus, & vitam generosâ quærere morte.
Pausa datur, morbi luctusque evanuit omnis;
exuviis animus spretis à morre coruscat.

Hoc ultimo honore beata memoria virum prosequitur
Georg. Wolffg. Wedelius. D.

Fortiter is pugnat, Virque est, qui robora mundi,
qui carnem atque Papam, vim quoque vincit homo.
Es VIR: pugnâsti, vicisti! Te caro, mundus,
Te Papa victorem, clare WIGANDE, vocat.
Arma jubet Dominus victori ponere. Pone!
Post pugnam pugnæ nunc venit alma quies.

*Supremo honori adversus Beatè defunctum
testando posuit*

Augustin. Henricus Faschius, D.
Archiater Ducalis Saxonicus, &
Profess. publ.

Romanâ egressus nuper Babylone wigandus,
Eminus aspexit mœnia sancta Dei.

Dum-

Catholica.

5.

Emendatur KRAUSIUS.

Accipe litteras tuas, & scribe:

Turpiter in terris pugnasti, mitte coronam;
Quam tibi demerito subtrahit ipse Deus.

Tu Goliathæo pugnasti turpiter ense,
In terris jugulum cum petit iste tuum.

Turpiter in terris pugnasti: turpior ergo
Jam tua sub terris pœna, triumphus erit.

6.

Emendatur WEDELIUS.

Accipe cautionem tuam, & sede citò, scribe:

Vivere si mors est, & nil nisi corporis hujus
Jus Libitina tenet, si funere vita paratur,

Quis non exoptet cœlestis munera fati?

Mortis aperta via est, & funeris imminet hora.

Ingreditor: quid adhuc dubitas? mens nescia falsi?

Non nisi morte datur, quodcunque expectat anhelos,

Et cupidos cœli; non vis, sed terminus hic est.

Vivere Wigandum scelerato pectore nuper

Vidimus, & vitam sceleratâ claudere morte.

Nulla datur requies, luctusque, dolorque perennant:

Exuvijs animus positus torquetur in Orco.

7.

Emendatur FASCHIUS.

Accipe litteras tuas, & scribe:

Fortiter is pugnat, fateor, qui robora mundi,
Qui carnem, & Sathanam vincere novit homo.

Es vir? pugnasti? vicisti? te Caro, Mundus,

Te Papa victorem, dire Wigande, vocat?

Mentiris pugilem fictis, Wigande, palæstris,

Abjectis armis magnus es Ardelio.

Armajubet Dominus fugitivo ponere, pone:

Post pugnam requies non erit ulla tibi.

8.

Emendatur BAJERUS.

Accipe cautionem tuam, & sede citò, scribe:

Romanâ egressus nuper Sione Wigandus,
Aspexit Jenæ mœnia fortè procul.

Dum.



8
Epicedia.
Dumque viam invenit, quâ cœli culmen adirer,
Plus ultra! dixit. Sordet agrestis humus.
At Deus, observans sancti suspiria cordis,
Cœlum spectanti cœlica dona dedit.

VIRO Plurimum Reverendo de felicitate summa gratulatur debitumq; honorem defuncto exhibet

Joh. Guilielmus Bajer. S. Th.
Lic. & Prof. Publ.

Purpureo Christi sub signo fortiter armis
Vicit suos **WIGANDUS** hostes pessimos.
Illius hinc frontem cingit pretiosa *Corona,*
Atque inclytam *victrix* manus palma gerit.
Invideant alij : rodant, sine dentibus , hostes !
Perpetuus hâc pugnâ **WIGANDUS** *victor* est.

Hæc tristi animo & calamo desideratissimo DN. Collegæ suo reliquit

Johan. Schlemmius, Con. Aul.
Saxon. Consist. Super. Adf. &
Diœc. Dornburg. ac Bürgel. Super.

Excessit terris , vite statione peractâ,
WIGANDVS docti portio clara chori.
In Babylona suo toties qui sevit ore ,
Fulmine Tarpejos impetiitque duces.
Unius in Christi meritis qui dives haberi
Optavit, Gazas nunc tenet ille meras.

Memoriæ clarissimi Viri scrib.

Joh. Frischmuth / Lingg. Sacr.
Profess. Publ.

Sidera sublimi studuit qui cernere vultu,
Nunc inter cœli sidera clara micat.

paucis hisce Viri celeberrimi prematuram mortem deflet

Erhardus Weigelius, P P.
Vicit



Catholica.

Dumque viam inquirit, qua regnum Ditis adiret:
Plus ultra, dixit: sordet agrestis humus.
At malus observans genius suspiria cordis,
Orcum spectanti cœlica dona negat.

Erö. fuit

9.

Emendatur SCHLEMMIUS.

Accipe litteras tuas, & scribe:

Purpureo Christi sub signo fortiter armis
Victus jacet Wigandus, hostis pessimus.
Illius hinc frontem stringit Chalybæa corona,
Et flammeum turpis manus sceptrum gerit.
Applaudant alii, laudent sine fine Ministri,
Pugnâ hac Wigandus perpetim victus gemit.

10.

Emendatur FRISCHMUTH.

*Accipe cautionem tuam, & sede cito
scribe:*

EN cessit Vitæ, fidei desertor avitæ,
Wigand hæretici portio fœda gregis.
In veneranda suo nuper qui sæviit ore
Dogmata, Tarpejos impetiitque Duces.
Qui Christi meritis contempsit dives haberi,
Inferni Gazas nunc tenet ille meras.

11.

Emendatur WEIGELIUS.

Accipe litteras tuas, & scribe:

Sidera non studuit sublimi cernere vultu;
Hinc, Wigande, tibi sidera nulla micant.

B

*Es ist kein
Stern das
leucht.*

12. Emen-



Vicit **WIGANDUS** credenti cœtui adhaerens,
Hinc nunc (rumparis Papa) beatus orat.

ultimi honoris Viri Celeberrimi scribeb.

Calp. Polner, P.P.

INfans **WIGANDUS** materno è carcere missus
Aspexit **LUCEM**, quam parit alma dies.
WIGANDUS Juvenis tenebrarum è carcere missus,
Aspexit **LUCEM**, quæ redit è **SOPHIA**.
WIGANDUS SENIOR Papali è carcere missus,
Aspexit **LUCEM**, quam sacra dextra parit :
Clara Evangelij Verbique micante Lucerna,
Dum **JENAM** ductus deseruit monachos.
Mortuus aspexit mortali è carcere missus,
WIGANDUS LUCEM, quæ recreat Superos.
Quæ radios animæ dat cœli sede repostæ ;
Unde nitet Lumen, gloria & unde nitet.
Ergo **LUCENTEM DOCTOREM** jure vocamus
WIGANDUM, quem nunc cœlica tecta foveat.
Splenduit in vita *triplici* nam **LUCE** coruscus,
Et post fata ipsum cœlica **LUX** decorat.

*Sic Fautorem & Amicum desideratissimum
tristi animo lugebat*

Joh. Christoph Hundeshagen/
SS. Theol. Dd. P.P.

SONETTO.

BEato l'huom, che dietro ala via scorta
Del Consiglio degli empi orma non preme,
E con essi non vuol fermarsi insieme
Ne la strada, dal Ciel smarrita e torta.
Ma 'l sol diletto che 'l suo cor transporta
In sacra gioia ; è quel celeste seme,
Cbi' il **DIVIN VERBO** nel vangelo preme,
Et a l'eterna Vita apre la porta ;

Questo

Catholica.

11

12.

Emendatur POSNERUS.

Accipe cautionem tuam, & sede cito, scribe:

Wigandus periit, pereunti cœtui adhærens
Hunc modo (rumparis Jena) gehenna tenet.

13.

Emendatur HUNDESHAGEN.

Accipe litteras tuas, & scribe.

Infans Wigandus materno è carcere missus,
Aspexit lucem, quam parit alma dies.
Wigandus juvenis tenebrarum è carcere missus,
Aspexit lucem, quæ redit ex Sophia.
Wigandus Senior Papali ex Ordine missus,
Amisit lucem, quam sacra dextra parit,
Clarâ Evangelii, Verbique micante lucerna,
Dum Jenam fugiens deseruit Socios.
Mortuus haud vidit mortali è carcere missus
Wigandus lucem, quæ recreat superos.
Quæ radios Animæ dat cæli sede repostæ,
Unde nitet lumen, gloria & unde nitet.
Ergo Rectorem tenebrarum jure vocamus
Wigandum, quem nunc tartara pulla tegunt.
Perdedit in vita triplicem cum crimine lucem,
Hinc post fata ipsum nox sine fine manet.
Quod si lucentem Doctorem fortè tueris,
Wigandus certè Lucifer alter erit.

14.

Emendatur CAFFA Italus,

Et jubetur loqui germanicè in gratiam juniorum.

Accipe cautionem tuam, & sede cito, verte folium, & canta.

Kling-Klag-und Trauer-Liedlein.

1.

Der Mensch glücklich ist fürwar/
Welcher vom Rath der Bösen/
Hinder starck angetrieben zwar/
Sein Fußtritt thut auflösen:
Mit solchen will er nicht still stehn
Im Labyrinth und Ir-Weg/
Der uns dem Himmel macht entgehn/
Und zeigt frumme Fehl-Steg.

2.

Der Lust/so unser Herz einnimbt/
Mit Geistes-Freud begossen/
Der Saam ist/den der Himmel rühmbt
Von Gottes Wort entsprossen:
Durch die Evangelische Lehr
Eröffnet uns die Pforten/
Zum Leben ewig mehr und mehr/
Führet mit Werck und Worten.

B ij

3. Glaub

Questo ne la tua pia e dotta mente
 Da Chrsto fù gratiosamente sparso,
 E ne l'età senile GRAN WIGANDO
 Rinaster di felice, e nuov' Oriente
 Ti fè, come fenice, volar arso
 Nel divin fuoco vecchio venerando.

non senza tenerezza d'affetto si duole della morte del
 corpo, e si rallegra insieme della gloria dell' anima
 del M. R. Sigr. Gio-Andrea Wigando, Licenziato
 di Theologia; Fautor & amico suo mentre visse
 diletteffimo, e venerando.

Carlo Caffa, D. & PP.

SI qua fuit iusto mors unquam flenda dolore,
 Mors, VVIGANDE, fuit digna dolore tua.
 Te nobis Lachesis trux abstulit, agmina tota
 Pontificis quondam quem coluere Virum.
 Admirara tuos mores, & relligionem,
 Constantemque fidem nostra Salana fuit.
 Nunc lætus Christum cernis, quem voce professus,
 Immistus sacris, angelicisque choris.

In honorem beatè defuncti apponebat

Valentinus Belchem / Moral.
 PP. Ord.

QVot, quotiesque premunt homines mala dira? nec unum
 Sufficit hinc miseris, plura nec usque sat est
 Ferre simul: telis mortalis vita maligni
 Innumeris fati subjacet atque subest.
 Si quantos memini moveat Mors atra dolores,
 Non gemitus teneo, non teneo lacrymas:

3.
 Glaub mir / in deinem bösen Sinn /
 Vnd ganz verkehrtem Wesen /
 Dieß war sehr außgestreuet dünn /
 Von Gott nicht außgerlesen :
 In deinem hohen Alterthumb /
 Hat er dich lassen sterben /
 Vnd im verfluchten Luthertumb /
 O Fabelhanß / verderben.

4.
 Er hat dich gar ein targe Zeit
 Lassen herumhher fliehen /
 Wie sich ein Wespel in dem Streit /
 Vnd Pferds-Kässer bemühen.
 Er hat dich endlich mit der Flamm
 Des Zorns / und der Verdammuß
 Gezündet an / verbrennt den Mann /
 Den alten Geyß / und Dreyfuß.

15.

Emendatur VELTHEMIUS.

Accipe literas tuas, & scribe:

Si fuit insigni mors unquam plena dolore,
 Mors, Wigande, fuit plena dolore tua.
 Te Lachesis mundo, rapuit te perfida caelo
 Hæresis, hinc stygij te rapuere lupi.
 Detestando tuos mores, & Religionem,
 Perfidia luget patria Fulda probrum.
 An lætus Christi modo cernis Apostata vultum?
 Infitus es sacris, Angelicisque Choris?
 Dæmona tu cernis, quem vita, & voce sequutus,
 Sentis tartareos, cernis & usque rogos.

16.


Emendatur MEJERHOFFIUS.

Accipe cautionem tuam, & sede citò, scribe:

Quot, quotiesque premunt homines mala dira! nec unum
 Sufficit his miseris, plura nec usque sat est
 Ferre simul. telis mortalis vita malignis,
 Innumeris fati subiacet, atque perit.
 Si quantos memini referat mors impia pœnas,
 Non gemitus teneo, non teneo lacrymas.

Ecquis

Ecquis enim nisi mente ferox in funere Amici
 Flere vetet! Quisnam dixerit esse nefas?
 Tristitia vulnus TV quod, RICHTERE, dedisti,
 Necdum sanatum jam duplicatur idem!
 Tristia dum Fidum nunc addunt fata VVigandum.
 Magnus Fautor abest: Magnus Amicus abit.
 Quid faciam? Pejora mihi si fata liceret
 Immutare: Viros non habuisset humus,
 Corpus at illa tenet, supremam possidet Arcem
 Spiritus, hinc nostris fama relicta plagis.
 Fama perennis erit, tenebris velarier ullis
 Haud poterit: Pietas tanta futura Piis.
 Ut placide, votum sit denique, membra quiescant,
 Lux Mundi Cunctis ultima donec adest.
 Supremum honoris monumentum Fautori &
 Compatri desideratissimo
 ponebat
 Ecbert Felix Meierhoff, Dd.



Ich ruhe sanft und seelig.

Lohan Schlem. in finali dec. Vir. post conc. fun.

Catholica.

15
Ecquis enim, nisi mente ferox, in funere Judæ
Flere veret? quisnam dixerit esse nefas?
Tristitiæ vulnus, tu quod, Winthere, dedisti,
Necdum sanatum, jam duplicatur idem.
Tristia dum reprobum nunc addunt fata Wigandum,
Hæreseos magnus fautor, & auctor obit.
Quid faciam? mutare mihi si fata liceret,
Jam tua, Jena, virum non habuisset humus.
Ista quidem corpus, sed mentem possidet Orcus,
Hinc mala Saxonis fama relicta plagis.
Fama perennis erit, tenebris velarier ullis
Haud poterit, pietas nulla futura malis.
Denique jam votum fit, ut impia membra putrescant,
Donec adest Judex, atque suprema dies.

Tolle quod tuum est, & vade.

*Volo autem & huic novissimo da-
re, sicut & tibi. Matth. 20. 14.*

ANDREAS WIGANDUS

Novissimus operarius in vinea

L U T H E R I.

Er hat abermal bekant/ daß Er GOTT zu danken Ursach. hätte vor die Erkantung
seiner Wahrheit. Und ob er zwar die seinen unterschiedlich beruffen in seinen Weinberg / etli-
che frühe/etliche späth/so wüßte er doch/ daß auch die letzten würden die ersten seyn/ und Gott
seine Befehring so angenehm seyn/ als sey sie von Anfang seines Lebens in der Jugend ge-
sehen Hæc coram Ministris Jenensibus edixit. Wigandus paucis diebus ante mortem,
ut refert Joan. Schlemmius in Orat. fun. circa fin. decurs. vitæ.

Con-





Concluditur contra impoenitentes operarios
iniquitatis.

CEREMONIA

Fracti baculi in iudicio.

*Quaedam vitia frangenda sunt, quaedam emen-
danda. Seneca. apud Hug. in c. 26. Prov.*

Cum iudex frangit baculum, spes perdita vitæ:
Cumque Reo fractum projicit ante pedes.

Non baculum frangit, si vitæ stamina pangit,

Spes emendandi crimina facta Reo est.

Difficilis, fateor, correctio perversorum est:

Hanc, dum spirat homo, sperat & urget homo.

Numine de cælo moti, respiscimus ultrò;

Paulus & est subito, qui modo Saulus erat.

Astubi funestum frangis, Rhadamante, bacillum;

Non emendatos destruis exitio.

Væ tibi cessator demens, vecordia mentem

Franget, abortivum fœda sepulchra prement.

Ad cor, quæso, redi, species dimitte profanas:

Ne sedeas, sed eas: ne pereas per eas.

Redite prævaricatores ad cor. *Isa. 46. 8.* Dum tempus est operemur bonum. *Ad Gal. 6. 10.* Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. *2. Cor. 6.* Quiescite agere perverse, discite bene facere. *Isa. 1.* Emēdemus in melius, quæ ignoranter peccavimus. *Vox Eccl.* Verum eheu! surdis canitur. Et quia non profertur citò contra malos sententia, absq; timore ullo filij hominū perpetrant mala. *Eccl. 8. 11.* Pertinacibus ergò dixit Jesus: Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. *Joan. 8.* Quod infelici nuper contigit Andreæ Wigando, in emendato Apostatæ. Jenæ inter manus Hæreticorum mortuo 1674. 13. Junij st. v. ætat. 68. Cui nunc pro merito parentemus, & veterem Synagogam cum honore sepeliamus.

Parent-

Commendatio animæ

In die depositionis defuncti.

Libera me Domine, de morte æterna in die illa tremenda.

I licet, æternâ perijsti morte Wigande,
 Actum est de vita, deque salute tua.
 Lucifer è cælo cecidit, suscepit abyssus
 Sacrilegum fovit, votifragumque Virum.
 Ad quid venisti tandem miserande Wigande?
 Ocyùs ad frugem, cur moriere, redi.
 Tu bene currebas, pugnabas fortiter olim:
 Quid cursum, & pugnam deseris ergo tuam?
 An nova bella placent? Veneris tibi castra probantur?
 Turpè senex miles, turpè senilis amor.
 Non canus Simeon,* non sic Eleazarus olim,
 Ætatem gravidam commaculare docent. Luc. 2.
2. Mach. 6.
 Si te non moveant exempla decora virorum,
 Terret Presbyteros casta Susanna procos. Dan. 13
 Vidisti juvenis quondam meliora, probasti:
 Deteriora senex heu! malè sanus agis.
 Finis adest, tandem es vitæ statione movendus.
 Heu! miser æternis esca futura rogis.
 Ecce triennalis durasti; & inutilis arbor:
 Nullaque spes floris, nullaque frugis inest.
 Ut gravis annorum, sic inveterate malorum,
 Quid frustra terram pondus inane gravas?
 Ense rescindendum est putre & immedicabile membrum,
 Ne sincerus adhuc inficiatur homo.
 Quid tibi libertas, quid docta Licentia fructus
 Contulit, aut quid honor? fama? pudenda venus?
 Quid tibi votorum ruptura, brevisque recessus
 Profuit à sancta Relligione, Fide?
 Jam favor humanus cessit, jam gloria mundi,
 Deliciæque tuæ præteriêre simul.
 O dolor! ô lachrymæ! tibi quod tormenta supersunt?
 Pix, styx, crux, ignis, virga, catasta, rota.

C

Ergo

Ergo repetamus.

*Libera me Domine, de morte aeterna, in die illa tremenda, quando caeli mo-
movendi sunt & terra, dum veneris judicare saeculum per ignem.*

CHORUS MUSICUS

Diversis vocibus, & instrumentis
concinnatus.

Occidit infelix Jenensis gloria gentis,
Hic jacet extorris, non bene tectus humo.

Qui sacra ferali temerare palatia cantu
Ausus, in infernas praecipitatur aquas.

Ite nigrae volucres, raucos intendite luctus:

Cum volucris, vestri pars quoque magna perit

Bubo vola, pullis nidoque repente relictis,

Ad nova cum querulo carmine busta veni.

Lac. Bid.

Lib. 3.

Epigr. 18.

Tu etiam Vultur, tu Milve, & Noctua, vosque

Aerea tota cum legione striges.

Huc Eliana redi prior omnibus ales ovanti

Guttore, carboni concolor ales ades.

Wigando inferias cane Corve, rotaque relicta,

Ad celebranda tuus funera quaestus eat.

Vivus adhuc tecum certabat voce Wigandus;

Vis audire? tonum Lithius ecce dabit:

In funebro

grat. actio.

Roma vale, salve celeberrima Jena Wigandi

Hæc vox, cum regnum gratia adiret, erat.

Jena vale, salve caelestis Terra Wigandi:

Hæc vox, cum regnum gloria adiret, erat.

Corve precor folium Lithi modò verte, recanta:

Atque novum Domino χαιρε, valeque sona.

Roma vale, salve foedissima terra Wigandi:

Hæc vox, cum regnum Litis adiret, erat.

Jena vale, salve regio maledicta Wigandi:

Hæc vox, cum regnum Ditis adirat erat.

Comitatus funebris.

EN malus usque malos promptè comitatur; & ultrò
Dij similes jungunt, consociantque pares.

Cre-

Catholica.

Cretensem Cretensis amat, mœchusque salacem,
Semper Lusori Lusor amicuserit.
Schlem schlim schlem similem, quæritque sophista sophistam,
Potatore bibax, milite miles ovat.
Accipiter placet accipitri, Sus compare gaudet,
Cum bove majori discit arare minor.
Cum cane junge canem, sequitur vulpecula vulpem,
Et simul auritum ducit Agaso pecus.
Simia quàm simos redamat turpissima fætus?
Graculus à Corvo non solet esse procul.
Sic quoque Jenenses sequeris Wigande Ministros,
Cumque lupis ululas, & lupus esse cupis.
In terris socios postremo tempore vitæ
Quos dilexisti, tempore mortis habes.
Cum simili similis juxta proverbialia vivis,
Et moreris, nunquam dissociande malis.
O nimium scelix! ô ter quaterque beatus!
Qui cavet à sociis, eripiturque malis.
Nûc dich für böser Gesellschaffe.

EPITAPHIA ENCOMIASTICA
Monumento Wigandæo inscribenda pro æterna
Rei memoriâ.

Ex

Themate sermonis Revocatorij.

*Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam
ut parvulus. 1. Cor. 13. 10.*

1.

Cum essem parvulus.

Deseruit Papam, quia parvulus ecce Wigandus,
Pappam, non Papam parvulus ille petit.

2.

Cum essem parvulus.

His jacet in cunis grandis puer ille Wigandus,
Qui tredecim lustris manserat usque puer.

C 2

Loque

3.

Loquebar ut parvulus.

PArvulus Andreas cum viveret, ecce loquenti
 Grandia, grandævi subticuere viri.
 Vir tandem, factusque senex dum parvula gannit,
 Temnitur, hoc mutus vult latitare specu.

4.

Sapiebam ut parvulus.

HAc jacet in fossa puer ille, senexque Wigandus,
 Qui sapuit juvenis, desipuitque Senex.

5.

Sapiebam ut parvulus.

Gen. 3. 6. **S**Æcula Proto-parens malo damnavit, & hortos
 Vah! paradisiacos vendidit: Ecce puer.

Gen. 25. 34 **V**ili juratus rusæ primordia Lentis

Esau pulmento vendidit: Ecce puer.

Indigno pretio Christum, nummisque tricenis

Judas Iscarioth vendidit: Ecce puer.

Primitias fidei, Romanæ Symbola gentis

Vilius Andreas vendidit: Ecce puer.

Æternæ vitæ, supremæque gaudia cœli

Gaudiolo mundi vendidit: Ecce puer.

Non vir Apostolicus, qui turpis Apostata factus,

Contractumque puer jurat habere ratum.

Ridentur pueri, pueri puerilia tractant,

In cassum jurant, nil puerique probant.

Prov. 22. 15. **S**tultitiam Salomon pueri vult corde ligatam,
 Et disciplinæ virga fugabit eam.

7.

Cogitabam ut parvulus.

PArvulus Andreas cœlestes cogitat orbis,
 Urbes terrenas cogitat ille senex.

Non est ad cœlos, retro qui respicit aptus,

Hinc modo sub terris talpa, reclusus agit.

8.

Quando autem factus sum vir.

Nomine vir solo ternos Wigande per annos
 Transfugavixisti, quos tibi Jena dedit.

Antea

Antea nam puerum semper te spontè fateris,
 Post neque te claratres bene gesta virum.
 Aut igitur nomen muta male-dicte Wigande:
 Aut sis Andreas nomine, reque simul.
 Sed quoniam neutrum licuit post tempora vitæ,
 Hic sepelire mihi funus utrumque licet.

9.

Quando autem factus sum vir?

INquiris merito Wigande frater,
 Ecquo tempore, mensibus, vel annis,
 Abiectis nucibus togam virilem
 Tandem sumpseris, Herculisque Clavam,
 Quando mascula sit probata virtus?
 Nam semper dubius puer manebas,
 Ac inter pueros senex moratus
 Artes ingenuas, bonosque mores,
 Insignis Catechista prædicabas.
 Verum non melior vir inde factus,
 Nec major probitate, sanctitate,
 Semper parvulus ac Wigandus idem,
 Semper Nanus, anus, strepensque gryllus.

Hinc nemo poterit tibi referre

Ecquo tempore, mensibus, vel annis
 Nugis sepositis vir inde factus.

Jenam consule, forsitan illa dicet,
 Quæ te, transfuga, parvulum recepit,
 Et grandem puerum, virum creavit.

Quod si parvulus, & puer Wigande

Annorum spatio trium manebas:

Jam, jam mortuus, & sepultus infans,

Diceris Puer, hic en ille *centum*

Annorum morietur, atque *centum*

Annorum maledictus est sepultus.

10.

Evacuavi quæ erant parvuli

Sunt pueri puri, pueri virtute decori,
 Sunt sine labe boni, sunt sine fraude probi.
 Sunt mites, humiles, gratâ sunt indole, formâ,
 Gratia cum Nymphis quos habitare solet.

C 3

Ambi.

Ambitione carent, sunt simplicitatis amantes,
 Angelicos mores parvulus ecce refert.
 Quisquis id evacuat, pueris quod gratia præstat,
 Evacuat cunctis quemlibet ille bonis.
 Evacuas tu quidquid erat, Wigande, puelli,
 Ergo senex vacuus, fucus; inersque cubas.

MONUMENTI WIGANDÆI

Ad castrum doloris

Erectæ statua & pyramides,
 Anaglypta, Arma, & Insignia.

Ædificavit Simon super Sepulchrum Patris sui, & fratrum suo-
 rum, ædificium altum visu, lapide polito, ante & retro:
 Et statuit septem pyramides ad me-
 moriam æternam.

Et juxta Arma.

1. Machab. 13. 27.

Victoriosa clarus adorea,
 Simon Hebræi gloria Nominis,
 Struxit Parenti, fratribusque
 Dux celebris Machabæus olim,
 Castrum doloris magnificentius;
 Molem sepulchri condidit editam,
 Hinc inde Saxo perpolito,
 Pyramides statuitque septem.
 Quæis & calumnas addidit inclytas,
 Supra columnas Arma, memoriam
 In sempiternam: porro juxta
 Arma rates meditare sculptras.
 Sic ille Buzi filius inclytus,
 Christi Prophetes Divus Ezechiel
 Armis honorati superba
 Pegmata commemorat sepulchri,
 Malè ominatus miles, apostata
 Nuper Wigandus prælia miscuit.
 Armis relictis, rursus arma
 Sumpsit atrox, aliena castra
 Retrò sequutus; conseruit manus
 Sanè indecoro pulvere sordidas:
 Confossus cheu! mille telis,
 Et gladiis, cecidit misellus,

Jam gloriosum reddite posteri
 Ejus sepulchrum, funus honoribus,
 Signisque suspensis Athletæ,
 Et gladijs, ocreis, & hastis,
 Altis columnis, elogijs novis
 Castrum doloris condecorabitis?
 Pulchrum est vel adscribi sepulchro:
 Hic celebris requiescit Heros:
 Ille est Achilles armipotentior;
 Inviçtus Ajax hic Telamonius,
 Hic alter Hector, Hannibalque,
 Alter & hic domitor ferarum,
 Vinci dolentem crevit in Herculem,
 Expressa virtus hic Agamemnonis:
 Divisa sparsim quæ beatos
 Efficiunt, tribuas Wigando.
 Laudata non sunt arma Wigandica,
 Iniquitatis vidimus organa;
 Sunt membra carnis, queis abusus,
 Lingua, manus, oculi, pedesque.
 Laudata non sunt arma nefaria
 Mundi, vel astus, armaque dæmonis,
 Tentationes, ac honores
 Divitiæ, Venus, & voluptas.

Lau-

Laudata non sunt arma: Rebellio,
Immaniorum machina criminum,
Indigna Votorum repulsa,
Et fidei, superis, Deoque
Olim dicatae, perfidiae scelus,
Quod perpetravit; sacrilegus thorus,
Quem cana foedavit libido,
Mensq; malo male roborata.

Laudata non sunt arma scholastica:
Ingens librorum copia, chartaque,
Vel pergamena, laevigata,
Vel tenuata molâ papyrus:
Non atra fluxu sepia, non stylus,
Aut penna scribens: nō specularia,

*Descenderunt ad infernum cum Armis suis, & posuerunt gladios suos
sub capitibus suis, Ezech. 32. 27.*

Statuæ Monumenti Sub Schemate virili.

EN primus nimium parens gulosus
Campis Elysiis renuntiare,
Et præponere pomulum vel unum,
Amens maluit, heu! dolor, pudorque!
Sic primodia flocci fecit Esau,
Fratri vendidit illa viliori
Escâ lenticulæ, doloque jurat.
Sic & prodigus ille, perditusque,
Mundi quisquillas, solique fæces,
Cœli diliciis, bonis supernis,
Andreas temerè anteferre gestit.
Imprudens pariter negotiator
Vili lenticulâ ecce vanitatis,
Ac auræ popularis, ac honoris,
Jus vendit Satanae perenne cœli;
Promissæ patriæ beatiores
Dotes, & Charites in æviternum.
Quidni dixeris esse vah! VVigandum
Plus Esau famis impotentior?

2. Quam

Quàm caro pretio famem redemit ?
 Andreas maneat perennis *Es-sau*
 Non aurum reputat, vel uniones
 Porcellus, sequitur perinde pastum,
 Et viles siliquas, merasque glumas,
 Ac si delicias haberet aulae.
 Sic carnalis homo brevis voluptæ
 Præfert commoda commodis Olympi.
 Andreas maneat perennis *Es-sau*
 Andreas habeat, feratque Porcum.

Alia statua sub virili habitu sepulchro Wigan-
 dæo appositæ cum anaglypto Porci.

Epicuri de grege porcus. Horat.

Vltra non Epicurus aut vocetur,
 Aut vates Venusimus ille porcus.
 Frater Juniperus suo suillum
 Ablatum referat pedem subulco.
 Porcum Antonius ille, Borgiasque,
 A se longius arceant, fugentque.
 Martinus careat deinde Porco,
 Quem Gens Mogona ceremoniarum
 Solemni celebravit, extulitque
 Olim per plateas, domus, & urbem.
 Is lusus fuerat, jocosâ pompa.
 Gressum sistite, state portitores,
 Andreas Dominus domi est VVigandus.
 Hic deponite splendidum feretrum,
 Hic totum sepelite, quæso, porcum.
 Fœdæ particulam Suis VVigando
 Nullam vel minimam negemus. Euge
 Cum caudâ pariter, caputque tolle,
 Cum rictu, cute, pelle, crine, seta,
 Cum scrofa cape Suculas & omnes.

Epicurus.
Horatius.
Angel.
Gazæus.
in piis Hil.

Porcell.
S. Martini
Moguntini

Appingitur historia de porcis Gerasenorum. Ex Matth. c. 8.

Actos Satanico furore porcos.
 Quondam sæva maris procella merfit
 Permissu Domini: fugam subulci
 Captant; Incola Gerasenus orat,

Ue

Ut cedat Dominus, solumque vertat,
 Quò porcis bene sit, diuque sospes
 Grex totus maneat, fruatur altâ
 In fimo proprio, lutoque pace.

Quod si quis velit incitare porcos,
 His & finibus exulare nostris,
 Jam non in medias agantur undas
 Stagni Genesareth, marisque fluctus,
 Queis hausti rapiantur in profundum.

Sed porci repetant magis VVigandum,
 Andreae fugiant sacras ad H-Aras.
 Ohe jam satis est, ohe VVigande!
 En pars jam potior gregis tuimet
 Heu! præceps animam, maligniori
 Irâ dæmonis, egit in procellâ.
 Parti consule, si potes, VVigande.

ASSISTENTES ET CUSTODES SEPULCHRI.

*Iube ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium, ne forte veniant
 discipuli ejus, & furentur eum. Matth. 27. 64.*

In signis olim, Dulichio potens
 Heros Ulysses nomine, sustulit
 Ajacis arma de sepulchro,

Alciatus.

*Ægid. Albert. de
 acuend. ing. embl. 13.*

Et gladium, clypeum, Sarissam,
 Arcum & sagittas; impenetrabilem
 Ferro, decoram Vertice cassidem,
 Et pectoris thoraca tegmen
 Diripuit, spoliator Urnæ.

Sic & maligni fraus Cacodæmonis,
 In mortis horâ detinuit Virum
 Custodiendum, destitutum

Relligione Patrum, fideque
 Sinceriori: quam Deus Optimus,
 Et Papa Christus condidit, & Petrus
 Cum Posteris constanter usque

Huc docuit, tenuitque semper.
 Ille ad sepulchri constitit ostia,
 Mox evolantem tollere spiritum

D

Cona-



Epicedia.

Conatur, & circum parata
 Arma Dei, fideique scutum
 Verè orthodoxæ; tollere balthæum
 Vult militarem, tentat & integræ
 Fidelitatis Sacramentum
 Evacuare, speique sanctæ,
 Et Charitatis tela: panopliæ
 Omni salutis, proh scelus! exiit.
 Te, te misellum, te VVigandum,
 Cum moriens spoliatus armis,
 Et Sacrosanctis Ecclesiæ fuit
 Heu! Sacramentis, munere gratiæ
 Divinioris, gloriæque
 Perpetuæ viduatur exul.
 Ajax, beatum te bene dixerim;
 Quamvis sepulti non sine gloria,
 Olim pelasgâ clarus arte,
 Dulichius tulit arma Rector.
 Victorios nam tua funera
 Nudavit armis Furcifer unicus,
 Unusque Prædo, sed quaterna
 Ecce cohors spoliat VVigandum.
 Hinc vult mederi VVegeilius bonus:
 Confessor hinc stat Schlemmius, ingerit
 Vindeliciæ Confessionis
 Articulos, scrupulosque menti
 Evellit omnes, scilicet: indeque
 Lippach opellam navat, & impiger
 Beyere succurris cadenti:
 Quatuor unus honos habendus.
 Hac in Quadriga tendit in æthera
 Sursum VVigandus: non velut inclytus
 Vates Elias, ast ut alter
 Icarus, aut Phaëthon caducus.
 Crudeliori carcere Principem
 Apostolorum Rex sceleratior
 Damnavit Herodes Agrippa,
 Et geminis tenuit catenis.

*Schlem. in
 decurs. vit.
 cir. med.*

4. Reg. 2. 11

Ad. 12. 6.

Vinctum

Catholica

27

Vindam tyrannus, quatuor addidit

Ab. 12.

Quaterniones ordine militum,

Custodiæ quos deputavit,

Quatuor, & quatuor vicissim.

Sic, sic VVigando mortis in ostio

Jam comprehenso, Rex Acheronticus,

Quaternionem subministrat,

Et quatuor vigiles Ministros,

Qui mente captum fortiter alligent

Contaminatis Relligionibus,

Custodiant incarceratum

Hæreseos laqueis, catenis:

Mox ad sepulchrum quælibet auferant

Impœnitentis vasa, monilia.

Res Clericorum derelicta

Sit spolium prius occupantis.

Ergo Ministri currite, currite:

Castrum Doloris cingite militum

Quaternione tres in annos,

Ne Mogoni rapiant VVigandum.

Pfaffen-guth/

Raffen-guth.

Venerabiles Societatis JESU Patres

contra

ANDR. WIGAND.

Collegam desertorem.

allegant.

Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis.

Nam si fuissent ex nobis, permansissent

utique nobiscum. 1. Joan. 2. 19.

NOstris de Sociis nunquam VVigande fuisti,

Nostris à Sociis egrediare licet.

ASociis JESU nemo discedere credat

Posse bonos. Triticum non levis aura rapit.

S. Cyprian.

lib. 1. epist. 8.

Non quercum Solidâ firmam radice procellâ

Evellit, paleas ventilat aura levis.

Non etiam caligo simul cum lumine stabit,

Dulcedo nescit fellis amaritiam.

D 2

Deserit



S. Hieron.

Deserit infelix quisquis Collegia JESU,
 Monstrat is exterius, quid sit & interius.
 Haud probus, haud stabilis, nec verus cultor JESU
 NON IESVITA FUIT, SED PITUITA FUIT.

S. Augst.
 apud a Lap.
 in 1. Ioan.
 2. 19.

Non exire foras poterit, nisi filius Anti-
 Sit-Christi, & Sathanae perdita progenies.
 Quisquis enim Christo non est contrarius actu,
 Is Pars in Christi corpore vera manet.
 Constricti quidam remanent in corpore Christi,
 Ut pituita fluens, ut malus humor agens.
 Dum malus evomitur medicinâ corporis humor,
 Mox relevatur uter, mox bene corpus habet.
 Sic quando reprobus fugit Asceteria Claustri,
 Ecclesiaeque sinum, noxius humor abit.
 Religio gaudens, gaudens Ecclesia Mater:
 Pessimus hic ex me prodiit humor, ait.
 Fax tamen illa fuit non ex me, noxius humor
 Portio nulla mei corporis iste fuit:
 Non de carne meâ malus hic praeciditur humor
 Sed mihi donec inest, vexa, dolorque fuit.
 Egeffi stomacho pondus, dirumque venenum
 Nunc relevatus edo, sanor, & ecce bibo.
 Ex nostris fociis quod si VVigande fuisses,
 Virtutes JESU non tibi deficerent.
 Nativâ fidei spoliatus es indole, tendit
 Spiritus exilis, gratia rara vibras.
 Ventulus exoritur, properat certaminis hora;
 Vertis terga, locum deseris, atque fidem.
 Transplantata solo velut herbula solis ab aestu
 Læditur, arescit; flore, vigore caret.
 Ex nostris Sociis, quod si VVigande fuisses,
 Mansio cum Sociis continuata foret.
 Transfuga Romanus Romano nomine dignus
 Haud censebatur; proditor audit, abit:
 Iste nec est noster vel corde, fideve Quiritum:
 Pœnus, & est Græcus, perfidiamque tenet.
 Filius à Patrum quisquis virtute recedit,
 Dicitur & spurius, degener, atque nothus.
 Sic quoque Saul Jonathan, hostis Davidis amicum
 Filiolum vocitat de meretrice satum.

1. Reg. 20. 30.
 O verè

O verè Phrygiæ! neque enim Phryges; Estis Achivi:
 Fœminei mores, fœmineique mares.
 Nuper Apostolicus, post turpis Apostata factus,
 Andreas falsus Relligione, fide.
 Prodiit ex nostris, sed non Collega Wigandus,
 NON JESVITA FUIT, SED PITVITA FUIT.

Virgilius.

STATUÆ SEPULCHRALES

Sub schemate muliebri.

Castissima Susanna cum impudicis presbyteris proponitur,
 Ex Dan. c. 13.

Scazon.

EN malè Wigandus audiit senex nuper
 Frater *Susannæ*, cum sit integer vitæ,
 Scelerisque purus, Clericus, Sacerdosque.
 Proh! innocentem, scilicet, probro tanto
 Quidam notabant, pessimè loquebantur
 Nimium dicaces de viro bono, justo.
 Haud est Wigandus, haud fuit charus
 Unquam *Susannæ* frater. Hinc quidem toto
 Erratis omnes forsitan præcul cœlo.
 Nemo Wigandum mordicè nigrum clamat
 Fratrem *Susannæ*; frater est senex *Annæ*.
 Annam procat, Anglicam velut mulam,
 Inter puellas Saxones Lupam, Iappam.
 Non est *Susannæ* frater, aut proca *Annæ*.
 Quid ergo? SUS-ANNÆ, salaxque Verresest.

In rhythmis
 Germanicis
 nuper editis

Wiaand
 ein Uter
 Nō mœcha-
 beris.
 in tract.
 cont.
 ser. revoc.
 fol. 40.

Christophora Anna Herbertin

Annulum nuptialem suspendit ad sepulchrum defuncti
 mariti.

MOpso Nisa datur: sed Anna scortum
 Mœcho sacrilego, seni Wigando:
 Uxor pessima, pessimus maritus,
 Non miror bene convenire vobis.
 At divortia conjuges sequestrant,
 Mors & Vita brevis resolvit ambos
 Inter Mœcha sacrum stat, atque saxum.
 Christus Christophoræ pepercit Annæ:

D 3

Inter

Saxis eripitur levis marita,
 Evasit viduata Saxo Saxa.
 Levitas igitur cave maritos,
 Christos Christophora inquinare cessa.
 Quod si respicias retrò pudendas
 Ad flammæ Sodomæ, vel ad Gomorrhæ,
 Te cernet statuam salis viator.

*Vxor Lohs,
 statua salis.
 Gen. 19.*

Her Huc, huc
 Here Herum
 Hör. Audi

{ Berta }

} veni, veni citata,
 } time tibi minantem,
 } Deum piè monentem

Vade, & jam amplius Andreare noli.

Paralleli onomastici.

Si vis nubere, nube pari, Ovid.

Christophoræ Andreas, conjungitur Anna Wigando:
 Mysta Deum portat, quid nisi Christophorus?
 Amplius Andreas tu non dicere Wigande,
 Annæ Christophoræ nomen, & omen habes.
 Ergo sepulchrali scribatur epigraphe saxo:
 Hic cubat Anna tuus, transfuga, Christophorus.

Christophoræ Annæ avita & laudata
 profapia.

Ex ungue leonem.

Anna Sacerdotis fuerit cum sponsa mariti,
 Non malè de LEVI creditur esse Tribu.

Anna Wigandina.

Anagramma tricolon.

Dina - Wig - An.

Annulla diligitur velut altera Dina Wigando,
 De cunis meritò providet ergo sibi.
 Cunas Dina tuas, & curas mitte, Sichemque,
 Quem mors ulciscens non finit esse patrem.

Gen. 34.

Wighandin.

Anag. germ.

Wig dan ihn.

Anagrammatismus.

Parvulus est Annæ natusque, datusque maritus:
 Impositum cunis esse, memento Virum.

Ad

Ad cunas resident, cantantque, moventque puellæ,
Donec adest Pueris somnus, & alta quies.

Annula jam cessa cantare, movereque cunas,
Obdormivit enim parvulus ille tuus.

Musa tace, strepitusque cave, tua comprime labra:
Ecce puer dormit, ne puer evigilet.

Christophoræ Annæ, Viduæ Wigandinæ,

Legantur & commendantur Cunæ

Parvuli seniculi, recens defuncti mariti sui.

Sine sacris hæreditas.

Christophora Anna tuus cum sit puer ecce maritus,
A cunis rectè diceris Anna, Wig-Ann.
Semper erunt Cunæ tua gloria, maxima cura:
Quas tibi vir moriens cessit, & absque sacris

Plautus in
Capt. duo.
Eraf. Rot.
1. Chil.
cent. 3.

Bona Fortuna, & sirenes.

Feci mihi cantores, ac cantatrices. Eccles. 2. 8.

Um cunas agit passim gestaria Nutrix,
Sirenum modulis dulcia verba canit.
Delectat puerum, suavem, facilemque soporem
Immitit puero, sic habet ille bene.

Si tamen è cunis prolapsus decidat infans,
Fortunâ cecidit, dicitur, ecce bona.

Audreas ô! quantus erat puer ille Wigandus,
Jenenses cunis quem posuere suis

Jenenses famulas, nutrices, atque puellas
Quàm pueri cunas has agitare juvat.

Fecit Cantores, Cantatricesque suaves,
Delicias hominum quæsiit ille sibi.

Quantis obsequiis demulcent corpore vivum!
Quantis defunctum laudibus amplificant.

Cantillant cunasque movent, Epicedia pangunt,
Quo somnus puero suavior ille foret.

Den Nymphen und
Syrrenē ist
Wigand
mit Fleiß
nachgange.
In tract.
cont. ferm.
Revocat.
pag. 49.
Prov. 9. 3.

Mortuus



Mortuus è cunis cecidit puer ille Wigandus;
 Fortunâque bonâ sed cecidisse canunt.
 Immanes Manes canonizant porrò Ministri
 Summis, in cœlum laudibus usque vehunt.
 E cunis cecidit lapsu graviore Wigandus,
 Contritumque caput, fractaque membra dolet.
 Ite boni Medici, Jenenses ite Magistri:
 Fortunam pueri jam reparate bonam.

Hieroglyphica & Symbola, In Castro doloris effigiata.

1. Justitiæ Bilanx

Omnia in mensura, numero & pondere, Sap. II.

Annorum numero levis est, & pondere molis
 Parvulus, ut senior prægravis esse solet.
 Et datur annorum levitas, gravitasque vicissim,
 Qui levis est levibus moribus, ille puer.
 Annula sit judex: tibi quæ sententia menti
 Fixa manet? trutinâ rem bene lance pari:
 Annula respondet: Levis est Levita Wigandus:
 Annis ille gravis, moribus ille levis.

2. Corona Justitiæ.

Reposita est mihi Corona Iustitiæ, 2. Tim. 4. 7.

Komm du schöue Freuden-Krone.
 Bleib nicht lange;

Deiner wart ich in dem Thron/
 Bud verlange.

Quisquis legitime certat terraque, marique:
 Illi pro meritis certa corona venit.
 Qui prior invadit muros, luctatur in altum:
 Illum muralis ritè corona beat.
 Quisquis at hostiles vincit certamine classes,
 Olli Navalis jure Corona datur.
 Hostica, qui tandem debellat castra, fugâtve,
 Huncce triumphalis porro Corona manet.
 Nulla Wigandæo capiti cur apta Corona?
 Deseruit pugnam, justitiæque fidem.
 Fert tandem virtus, constantia sola Coronam:
 Fine coronatur nobile semper opus.

Si ta-

Si tamen Andreae contendas jure coronam
 Esse reponendam, quam Deus ipse volet.
 Ecce triumphalem, scio, Navalemque Coronam;
 Justus huic Judex haud dabit ipse Deus.
 Muralem forsan poterit sperare Coronam:
 Nam muros claustrum, transfuga, transfiliit.

3. Cygnus.

— — *Undis abjectus in herbis*

Cantator Cygnus funeris ipse sui. Ovid. in Epist.

Corpore Cygnus eras, nigro sed pectore corvus,
 Cantatorque senex, funeris ipse tui.
 Cantabas moriens: Salve ter nobile caelum:
 Haec vox, cum regnum gloriae adiret, erat.
 Sed male cantasti; moritur nam cygnus in undis,
 Ast in Letheis tu morieris aquis.
 Corpus in hoc tumulo conservat Jena repostum,
 In stygias undas spiritus abjicitur.

4. Piacularis Victimam.

— — *Immolet equis*

Hic porcum laribus. Horat. in serm.

Scazon.

Qui mente capti, fuculis piandi sunt,
 Ut in Menæchmis ipse Plautus affirmat.
 Ergo, Wigande, suadeo, jube afferri
 Aris amicum porculum, Diis gratum.
 Malo laboras maximo, sepulchrali
 Fossâ subactus, dæmonumque funestâ
 Clausus Vacerrâ, porculum tibi quære
 Ad immolandum, Victimam para Diti,
 Quam denegasti perfi se Deo vero.
 Angusta forte si tibi domires est,
 Irôque munus victimæ sit haud ullum,
 Tu temetipsum siste Ditis in templo
 Idem Sacerdos, & Minister, & porcus.
 Hic ecce *Sus-Annæ* probè saginatus
 A morte nuper, more cæterorum

Plaut. in
 Menæch.
 Eras. Rot.
 adag. Chil.
 r. Cent. 8.

E

Maetan-

Maſtandus altè grunnit, & per agrorum,
 Et per remotos urbium procul fines.
 Nunc in ſepulchro vernibus dabit corpus,
 Ut in macello; carniū ſimul partes
 Malis vorandas Angelis, Cibum Electum.
 Stygias in aras ſpiritus miſer ſcandet,
 Æternitatis ignibus coronandus.

Hab. 1. 16.
1. Greg. in
moral.

5. Defunctus floſculis honoratur.

Lectulus noſter floridus. Cantic. 1. 16.

Dormiet Andreas, lethargo preſſus Averni:
 Mollis erit lectus flamma, beata quies.
 Ludos atque Roſas vivo mala Suada ſpoſpondit,
 Defuncto ſpinas ingeret, & tribulos.
 Ah! miſerande lenex, nimiū ne crede Miniſtris,
 Quæ tibi promittunt lilia, nulla dabunt.
 Non nunc è tumulo, non nunc è Manibus iſtis
 Naſcentur violæ, purpureæque Roſæ.
 Dormit in æternum, Lethargo preſſus Averni,
 Floridus, aut mollis non tibi Lectus erit.

6. Gloria ſepulchri.

Erit ſepulchrum ejus glorioſum. *Iſa. 11. 10.*

Condigno veterem ſynagogam præſtat honore,
 Pro meritis tandem conſepelire ſuis:
 Turba Miniſtrorum Jenenſis, Buſta Wigandi
 Inſigni pompâ condecorare ſtudet.

Exornat tumulum, laudes, & carmina promit,
 Intonat: Os juſti: nunquid ab axe Chorus?

Gen. 11. 7.

Pergite Jenenſes, Babylonis condite turrim,
 Confuſis linguis deſtruet alta Deus.

Pergite Jenenſes, Rhodium fundate Coloſſum,
 Et Mauſolæi ſingite Regis opus.

Pergite Jenenſes, falſi monumnta prophetæ,
 Sint teſtes ſclerum, perpetuæque notæ.

Matt. 13. 27.

Ædificate, licet, foris alba ſepulchra nitescant,
 Offibus intus olent, ſpurcitiis que meris.

Jof. 6. 26.

En Jerichuntini dejecti Numine muri,
 Quiſquis homo reparat, ſit maledictus, Amen.

Umbra

7. Umbra Mortis!

In terra Sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini. Isa. 26.10.

Umbra velut corpus sequitur, sic gloria laudis
Virtutem solidam: pulvis & umbra sumus.

Pulvis & umbra fuit, sed non virtute Wigandus
Splendidus, hinc illum gloria nulla manet.

Pulvis & umbra manet cum Manibus ille sub Orco,
Magnum nomen ei, gloria nulla Rei.

Ioannes Andreas Wigandus

Ita baptizat puerum Italus in subscriptione Epiced. 14.

Non plangent eum: væ frater, & væ Soror: non con-
crepabunt ei: væ Domine, & væ inclyte. Sepultura

*asini sepelietur, putrefactus & projectus extra
portas Jerusalem. Jerem. 22. 18.*

EN: pecus Arcadiæ stolidum rudit, oncat Asellus,
Clamat i - a, rauco gutture clamat i - a.

Si tibi tot jota, quot sunt & nominis Alpha,

Crediderim forsân te pecus esse triplex,

At quoniam duplicant tantum, tria nomina, jota;

Non simplex Asinus: crederis esse duplex.

Bestia nulla venit sacro tumulanda sepulchro,

Est putris infami projicienda solo.

Ergo sepulturam pecoris deferre Wigando

Nil prohibet: Vixit bestia, talis obit.

Impius ut Sellum Rex Judæ, patre Josiâ,

Jerem. 22. 10.

Rege pio genitus, degener abjicitur.

Non plangent illum, populi; non, Inclyte, dicet

Subditus: heu! noster Rex, decus: heu Domine.

Non plangent illum cõjuncti sanguine Lesso:

Non dicent: Frater væ tibi: væque Soror.

Hic procul à portis Solymæ morietur ut exul,

Cumque Asinis vili contumulandus agro.

Majori sanè lugendus Apostata planctu,

Divi Lojolæ degener ille puer.

Collegj Solymas miser Erfordensis in ævum

Deseruit, faustâ non rediturus ave.

Vixerat instar equi, & muli, sine mente Wigandus:

Mortuus ut mulus, mortuus instar equi.

E 2

Ergo

Ergo sepulturæ sacræ privatus honore,
 Inque profanatam projiciatur humum.
 Tristia damnati nemo jam funera luctu
 Defleat Andreae, nemoque condoleat.
 Inclyte, nemo, Pater, dicat de Patribus heu! heu!
 Nemoque de Sociis, nemoque de populis.
 Nemoque Doctorum Graduato succinat eheu!
 Nec soror, aut frater, nec pia ploret anus.

Anathemata, & Clenodia

Ex gazophylaciis Sanctorum Patrum,
 Ecclesiae Doctorum,

probatorumque Authorum
 Comparata;

Ad Castrum doloris pro Coronide
 suspenduntur.

I.

In favorem Religionis Catholicae.

Musa tace, cantare cave, mihi Suada loquatur,
 Tædia quò curet luctus, & vulnera mentis.

Anathema.

I.

Ex gazophylacio S. Bernardi Abbatis Clare-Vallensis.

Mors fidei est separatio charitatis. Credis in Christum? fac Christi
 opera, ut vivat fides tua. Fidem tuam dilectio animet, actio probet,
 non incurvet terrenum opus, quem fides cœlestium erigit, *Serm. 24.
 in Cant.*

II.

Ex gazophylacio S. Leonis Papæ.

Hoc vestræ indicimus charitati, ut ab Apostolicis institutis nul-
 lo ulterius recedatis excessu: quia inultum posthac esse non pote-
 rit, si quisquam Apostolicas regulas in aliquo crediderit esse negligen-
 das. *Hab. dist. II. c. Hoc vestræ.*

III

Ex gazophylacio S. Joannis Chrysostomi Archiepiscopi Constantinop.

Fides Religionis Catholicæ, lumen est animæ, ostium vitæ, funda-
 mentum salutis æternæ. *Sup. illud symb. Credo in Deum.*

VI. Ex

Ex Gazophylacio

S. Augustini, Episcopi Hippon. Præstantissimi Ecclesie Doctoris.

Animadvertat, quisquis delicias hujus sæculi, & facultates rerum temporalium quærit in nomine Christiano, interiorum esse beatitudinem nostram, sicut de anima ore prophetico dicitur: Omnis gloria ejus filiæ Regis ab intus. Nam extrinsecus maledicta, persecutiones, & detractiones promittuntur, de quibus tamen magna merces est in cœlis, quæ sentitur in corde patientium. Nam multi Hæretici nomine Christiano animas decipientes, multa talia patiuntur: sed ideo excluduntur ab ista mercede, quia non dictum est tantum à Domino: Beati qui persecutionem patiuntur, sed additum est, propter justitiam. Ubi autem sana fides non est, non potest esse justitia, quia justus ex fide vivit. Neque Schismatici aliquid sibi ex ista mercede promittant, quando similiter ubi charitas non est, non potest esse justitia. Dilectio enim proximi malum non operatur. Quam si Hæretici haberent, non dilanierent corpus Christi, quod est Ecclesia Catholica. hab. 24. q. 1. c. ubi sana.

V.

Ex Gazophylacio ejusdem S. Doctoris.

Videamus illos, si forte ipsi intant per ostium in Ovile, qui ipsius Christi nomine gloriantur. Innumerabiles enim sunt, qui se videntes non solum jaçant, sed à Christo illuminati videri volunt, sunt autem Hæretici. Tract. 45. in Joan.

V I.

Ex Gazophylacio ejusdem S. Augustini.

Si cujus manus esset arida, verum quidem esset membrum, quamvis sine sanguine, & inefficax esset, ut mortuum. Sic & fides sine operibus mortua est. Cont. Donatist. hab. 1. q. 1. c. sicut urgeri. §. si cujus.

V I I.

Ex Gazophylacio ejusdem S. Patris Augustini.

Palam est, quod in re dubiâ ad fidem, & certitudinem valeat Auctoritas Ecclesie Catholicæ, quæ ab ipsis fundatissimis Apostolorum sedibus usque ab hodiernum diem succedentium sibimet, & Episcoporum serie, & tot populorum consensione confirmatur. Cont. Manich. hab. dist. 11. c. Palam.

V I I I.

Ex Gazophylacio ejusdem.

Nullæ majores divitiæ, nulli thesauri, nulli honores, nulla hujus mundi major est substantia, quam est fides Catholica, quæ peccato-

E 3

res



res homines salvat, cæcos illuminat, infirmos curat, Catechumenos baptizat, fideles justificat, pœnitentes reparat, justos augmentat, Martyres coronat, Virgines & viduas, & Conjugales casto pudore conservat, Clericos ordinat, sacerdotes consecrat, in hæreditate æternâ cum sanctis Angelis collocat. *De Verbis Domini.*

I X.

Ex Gazophylacio

S. Greg. Magni, Pontificis Maximi.

Fortasse unusquisque apud semetipsum dicit: Ego jam credo, salvus ero. Verum dicit: si fidem operibus tenet, vera etenim fides est, quæ in hoc quod verbis dicit, moribus non contradicit. Hinc est enim, quod de quibusdam falsis fidelibus Paulus dicit: Qui confitentur se nosse Deum: factis autem negant. Hinc Joannes ait: Qui dicit se nosse Deum, & mandata ejus non custodit, mendax est. In hom. Asc. sup. illud: Qui vero non crediderit, condemnabitur.

X.

Ex Gazophylacio

S. Hieronymi, Ecclesiæ Doctoris & Presbyteri Stridonensis.

Sal appellantur Apostoli. Vos estis sal terræ. Quia per illos universum hominum conditur genus. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? si Doctor erraverit, à quo alio Doctore emendabitur. Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Exemplum de agricultura sumptum est. Sal etenim sicut in ciborum condimentum, & ad servandas carnes necessarium est, ita alium usum non habet. Certè legimus in scripturis, urbes quasdam irâ Victorum Sale seminatas, ut nullum in ipsis germen oriretur. Caveant ergo Doctores & Episcopi (Ministri, & Superintendentes) & videant; Potentes potenter tormenta sustinere, nihilque esse remedii, sed majorum ruinam ad tartarum ducere. Lib. I. tom. 9.

X I.

Ex Gazophylacio

R. & Venerab. Patris Hectoris Pinti Hieronymiani.

Illud est advertendum, eos esse fundatos, qui fide muniti sunt, qui justitiam colunt, & pietatem, qui S. Ecclesiæ Romanæ, Catholicæ obediunt, qui Christum ejusdem Ecclesiæ Constitutorem sequuntur. Contra verò eos, qui Babylonem colunt, qui Lutheranam perfidiam tenent, qui se vitiis contaminant, fundatos nullo modo esse. Qui fieri potest, ut fundamentum habeant, qui sunt ejeti ab Ecclesiâ in Christo fundatâ, qui serviunt Nabuchodonosori, hoc est, diabolo in Babylonix regno, hoc est, in Lutheranicâ congregatione, in hæreticorum confusione, in spiritali captivitate. In cap. 37. Ezech. v. 26. Cleno-

Clenodia in favorem
Religionis Monasticæ affixa

Clenodium 1.

*Ex Gazophylacio D. Gregorii, Magni Ecclesie Doctoris,
& Pontificis summi.*

IN quo habitu fueris recolis, & supernæ districtiōnis animadvertione postpositâ, ad quid sis devolutus agnosce. Culpam ergo tuam pensa, dum vacat. Districtiōnem futuri iudicis, dum vales, exhorresce, ne tunc illam amaram sentias, cum eam jam nullis fletibus evadas. Ananias Deo pecunias voverat, quas post diabolicâ persuasione subtraxit. Sed quâ morte mulctatus est, sapias. Si ille igitur mortis periculo dignus fuit, qui eos, quos dederat, nummos Deo abstulit, considera quanto periculo in divino iudicio dignus eris, qui non nummos, sed temetipsum omnipotenti Deo, cui te sub monastico habitu devoveras, subtraxisti. Sic ille lib. 1. Reg. epist. 33.

Clenodium 2.

*Ex Gazophylacio S. Ioannis Chrysostomi
Archiepiscopi Constantinopolitani.*

TU, inquit, reiecto Domini mandato, & Domini tam mansueti, tamque humilis, atrox imperium sustines Tyranni, qui nostram Salutem sine ullâ humanitate oppugnat. Tu suavi iugo dissipato, levi que onere abiecto, illorum vice, ferreis vinculis collum inseruisti, quodque amplius est, lapidem molarem ad tuam ipsius cervicem ultro appendisti. Ubi igitur subsistes? qui animam tuam miserrimam in tam vastum pelagus demersisti, & in eam te necessitate induxisti, quæ te deinceps magis ac magis in profundum cogit. Sic ille in epist. ad Monach. laps.

Clenodium 3.

Ex Gazophylacio S. Basilii, Magni Casarea Episcopi.

Qui se ipsum Deo semel se devovit, hic si deinde ad aliud vitæ genus transferit, sacrilegii scelere sese obstrinxit, quippe qui se ipsum Deo, cui se consecraverat, subterfuratus sit. Bas. in reg. ful. c. 14.

Clenodium 4.

Ex Gazophylacio ejusdem S. Basilii.

Illud certissimè tenendum est, eum qui semel spiritualis fratrum Societatis conjunctioni se devinxerit, ab iis sine scelere abscindere se, & segregare non posse. Si enim homines, ubi se semel in conjunctionem fragilis hujus vitæ dediderunt, ab eâ se amplius propter inita inter se fœdera, separare nequeunt (alioqui qui id facit, is statutis pœnis fit obnoxius) sine dubio multò magis, qui spiritualis convictus fœdus ini-

erit

erit, cum ea unio indissolubilis sit, & perpetua; non licebit sejungere se, ac præcidere ab iis, quibuscum unum velut est corpus effectus. Alioquin si hoc facit, gravissimè se à Deo constitutis suppliciis addicit. Si enim mulier ad viri Societatem, matrimonii lege provecta, & unà cum eo copulâ carnali conjuncta, morte mulctatur, si fidem fefelisse deprehensa sit, quantò is magis subjacebit graviori pœnæ, si se abjunxerit, qui Spirituali communione copulatus sit, teste, atque sequestri Spiritu Sancto? Hucusque Basilius. in Constit. Monast. cap. 12.

Clenodium 5.

Ex Gazophylacio S. Bernardi Abbatis Clare-vall.

O Insensate puer, quis te fascinavit non solvere vota tua, quæ distinxerunt labia tua? in epist. 1.

Quid ad hæc Andrea dices Wigande?

*Quid facies cum surrexerit ad judicandum Dominus,
& cum quaesierit, quid respondebis illi? Job. 31.*

Responde mihi

At ille obmutuit.

Tunc dixit Rex

Ministris:

Ligatis manibus, & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci verò

ELECTI.

Matth. 22. 23.

Benedictus Deus in sæcula.

A M E N.









AB: 154541

X 217 3399

R

VP 17

L. Fromm
Gefenian




27

CASTRUM DOLORIS
DIVERSIS EPICEDIIS


adornatum,

D. ANDREÆ
WIGANDO

erectum.



Mors peccatorum pessima.
Psalm. 33. 22.



tu
tor
, u
quil
is
ere
M
ide
us
, M
tu
om
nti
tu
Ill
olo
al
offi
ta
n
gn
ral
o i
un
itu
nn
F

n
æ
ic
&
i-
or
ei,
us
c-
e-
d.

